admoveri cupit. Poterit is, ſi timeat Præceptores, eosdemq colat, certiſſimā
expectare promotionem. Adſit: qui vitæ ſuum terminum prolongari
cupit. Poterit is, ſi debito honoris ac timoris cultu Magiſtros ſuos proſe-
quatur, longævus eē ſuper terram. Adſit qui cumulari oīs generis
bonis ac donis cupit. Poterit is, ſi honoret alteros ſuos parentes, menſam
eorundem aliquando poſſidere copiam. Adſit: qui honorum titulis ſu-
perbire geſtit. Poterit is, ſi timeat Magiſtros, in ſecula honorum olim
collocatus iisdem gaudere: laudari à laudatis poterit viris: quæ vera
enim merces eſt ingenii. Sed quò iterum in hoc Orationis decurſu
feror. Cur vela non complico: complicatisq his ad portum tendo. Dudum
enim vereor, ne plus juſto procurrerit Oratio. Vos interim, Vos, V.A.
is auribus veſtris audiviſtis: quàm manifeſtus, quàm verus, quàm
poſſibilis ac facilis, quàm conveniens, quàm decens, quamq utilis
vitæ morum, ac ſtudiorum Magiſtri ſit timor. Timoris, inquām,
cujus rationem manifeſtiſſimam, ~~[illegible]~~, veriſſam, facillimam, con-
venientiſſimam, decentiſſimam, utiliſſimam audiviſtis. Decentes
ergo Vobis pro tam benevola auſcultatione ago habeoq gratias.
Gratias ago, ſed non tam verbis, quàm animo. Verbis enim grati
animi ſtudium exprimere non poſſum: poſſum tn. grato animo
veſtram benevolentiam agnoſcere. Et hoc forte eſt: quod regnitis:
rum beneficia veſtra collocare, et benevolentiam veſtram de-
clarare ſoletis. Cumveró et Vos, Dulciſſimi Muſarum Pulli,
Lectiſſima Charitum corcula, Familiarum Veſtrarum Decora,
futura SPIRITUS S. Organa, ſeculi hujus Ornamenta, ſpes
Patriæ, ſpes eccleſiæ, ſpes Reipubl. Vos, inquam, Nobiliſſimi
Ornatiſſimiq Juvenes, niſi quoq in hoc ultimo Orationis
calce compellandi ſitis: compello eo Vos nihilominus, ac ſerio
hortor: ut timere Præceptores veſtros nulli dubitetis. Macti
proin eſtote filialis hujus timoris ſtudio, atq id iisdem Præ-
ceptoribus veſtris conſtanter ac fideliter probate, pii, boni,
probi, modeſti ſemper futuri, à vobis nunquàm receſſuri!

Extremos ſcabies tardantibus occupet artus!

D.

Tobias Herold.
Oſtric. Luſatus.